

lemæi Philadelphi, i. diluculo, diei xviii. Mesury mēsis ad an-
 num Christi m. d. xxix. iiii. Idus Martij, horas vii. s. post me-
 ridiem, sunt anni Ægyptij m. dccc. dies ccxxxvi. scrup. xl,
 ferè. Cum igitur multiplicauerimus motū reuolutionū m. cxv.
 part. clxxxviii. scrup. xxvi. per dies ccclxv. & collectū di-
 uiserimus p̄ annos m. dccc. dies ccxxxvi. scrup. xl. habebimus
 annuū motū grad. sexag. iiii. grad. xl v. scrup. prim. i. secund.
 xl v. tert. iiii. quart. xl. Hęc rursus distributa p̄ dies ccclxv.
 relinquūt diurnū motū scrup. primorū xxxvi. secūd. lix. tert.
 xxviii. Quibus expansus est Canon, quem supra exposuimus

De locis anomalix Veneris. Cap. xxiiii.



Vnt autem à prima Olympiade ad annū xiiii. Pto-
 lemæi Philadelphi ad diluculū xviii. diei mensis
 Mesury, anni Ægyptij diii. dies ccxxviii. scrup.
 xl. In quibus numeratur motus part. ccxc. scrup.
 xxxix. quæ si auferantur à part. ccclii. scrup. v. repetita una re-
 uolutione, remanent part. cccxxi. scrup. xxvi. primæ Olym-
 piadis locus, à quo reliqua loca pro ratione motus & temporis
 iam sæpe dicti Alexandri part. lxxxi. scrup. lii. Cæsaris part.
 lxx. scrup. xxvi. Christi cxxvi. scrup. xl v.

De Mercurio. Cap. xxv.



Vibus modis Venus motui telluris alligetur, & sub
 qua ratione circulorum æqualitas eius lateat, osten-
 sum est, superest Mercurius, qui proculdubio eidē
 quoq; assumpto principio sese præbebit. Quanquā
 pluribus uagatur obuolutionibus, q̄ illa, uel aliquis ex supra di-
 ctis. Illud sanè cōstat experiētia priscorū obseruatorū, q̄ in si-
 gno Libræ minimas faciat Mercurius à Sole digressiōes, ac ma-
 iores in eius opposito, ut par est. Non tamē hoc loco maximas
 sed in alijs quibusdam, utpote in Geminis & Aquario, tempore
 præsertim Antonini, secūdum Ptolemei sentētiam, q̄d in nullo
 alio sidere contingit. Huius rei causam prisci Mathematici crea-
 dentes